



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XX. Delectum magna cura habendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Malleoli. Marcellino sagitta est in modum coli, ignibus fecta. Malleoli autem, inquit, teligenus figuratur hac specie. Sagitta est cannea, inter spiculum & arundinem multisido ferro coagmentata, quæ in muliebri colli formam, quo nectitur lintea stamina, concutitur; Ventre subtiliter & plurifariam patens, atq; in alveo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. & sic emissæ lentius arcu inualido (ictu enim rapidiore exstinguitur) si haferit vsquæ, tenaciter cremat; aquiq; conspersa acrioris excitat æstus incendiorum, nec remedio villo quàm supràdicto pulvere consopitur.

Sambuca. Sambuca dicitur, Veget. l. 4. c. 21. à similitudine citharæ. Nam quemadmodum in citharâ chordæ sunt, ita in trabe, quæ iuxta turrim ponitur, funes sunt, qui pontem de superiore parte trochleis laxant, vt ascendat ad murum, statimq; de turri exeunt bellatores, & per eum transeunt mania vrbis inuadunt. Turri igitur iuncta est.

Tollenon. Exostra pons quide turri proteditur. Veg. l. 4. c. 21. Tollenon dicitur, Veg l. 4. c. 21. quoties vna trabes in terram præaltè defigitur, cui in summo vertice alia transuersa trabes longior dimensa medietate connectitur, eo libramento, vt si vnum caput depresseris, aliud erigatur. In vno ergo capite cratibus siue tabulatis contextitur machina, in qua pauci collocantur armati. Tunc per funes vno attracto depressioq; alio capite eleuati imponuntur in murum.

Balistæ. De balistis aliisq; Veget. c. 22. l. 4. Aduersum hæc obfessos defendere consueuerunt balistæ, onagri, (scorpiones, arcubalistæ, fustibali, sagittarij, fundæ. Balistæ funibus, neruis (chorodug) tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc est, quanto maior fuerit, tanto spicula longius emittit: quæ si iuxta artem mechanicam temperetur, & ab exercitatus hominibus, qui mensuram eius ante collegerint, dirigatur, penetrat quodcumque percusserit. Onager autem dirigit lapides, sed pro neruorum crassitudine & magnitudine saxorum pondera iaculatur. Nam quanto amplior fuerit, tanto maiora saxa fulminis more contorquet. Hæ duobus generibus nulla tormentorum species vehementior inuenitur. Scorpiones dicebant quas nunc manubalistas vocant: ideo sit nuncupati, quod paruis subtilibusq; spiculis inferant mortem. Fustibales, arcubalistas, & fundas describere superfluum puto, quæ præsens vsus agnoscit: saxi tamen grauioribus per onagrum destinatis, non solum equi eliduntur, & homines, sed etiam hostium machinamenta franguntur.

Onager. Catapulta hastas, Balistæ saxa iaculabatur, sed interdum vtrumq; telum eadem machina. Nô fuisse vim parem nostris etiam minoribus tormentis docet Valerius de serpente Africano. Telorum iactu perforari nequiuisset, sed ad vltimum balistarum tormentis petatum, silicem crebris, & ponderosis ictibus procubuisse. Deinde ictus illi ligneas turres, coriaq; non facile frangebant; nostra tormenta omnia transeunt. Scorpiones minora tela iaciebant, & vnus manu dirigebantur. Superfunt alia armorum genera, quæ quia obfidentibus fere propria sunt, in aliud caput distuli.

Fustibali. **Arcubalistæ.** Catapulta.

Delectum magna cura habendum.

CAPVT XX.

Delectum magna cura habendum.

§. I. **V**STVS Lippius l. 5. polit. c. 8. Militiæ nostræ flagitia palam aspernatur. Delectus formam apud nos vllam negat esse. Emunt militem non legunt. Ad sonitum tympani coeunt, ignoti inter se, ignorantesque purgamenta vrbiurum suarum, quibus ob egestatem & flagitia maxima peccandi necessitudo est, affuei latrocinij, bellorum insolentes. Ego sane delectum militum nostrorum meliorem esse optarem; sed tamen olim quoque vitiosus erat, & crebro pessimorum, certè inuitorum: neq; noster adeo vituperandus est. Veteres ergo videamus. Primum non erat volonum, sed coactorum respondere ad nomina. Quæ ex re tot Romana ciuitas discordias experta est, cum acerrimum Tribunorū telum esset impedire delectus, quod interdū cum extremo patriæ periculo fecerunt. Quin etiam instar fugitiuorum man-

Veteris delectus incommoda.

cipiorum stigmatibus inusti sunt. Eodem modo notati sunt & Fabricenses, vt habet constitutio Arcadij & Honorij c. l. 11. Magna fuit omnium signatorum obligatio; Julianus legem tulit, ne ante expleta stipendia ad monasteria admitterentur. feruiles igitur milites & Fabricenses erant, quomodo igitur plibertate pugnaret?

Deinde cum inuitti sacramento adigerentur, timidius pugnabāt, domum respectabant. Volonum autē maior est alacritas. Docuit hoc quoq; Romana resp. seu potius eius calamitates. Bello secundo Punico (Liu. l. 22.) octo millia feruorum emptæ sunt, interrogati singuli, vellentne militare? magno vsui miles ille fuit, & merito inter Quirites recensitus. Non iniuncta est historia quam recitat Liu. l. 24. Legiones magna ex parte Volonum habebat (Tib. Gracchus) qui iam alterum annum libertatem mereri quam postulare maluerant. senferat tamen hybernus egrediens murmur in agmine esse querentū, nunquāne liberi militaturi essent? scripseratq; senatus, non tam quid desiderarent, quam quid meruissent, bona sortiq; operæ eorum se ad eam diem vsū: neq; ad exemplum iusti militis quicquā eis præter libertatē deesse. De eo permixti ipsierat, faceret quod Rep. duceret esse. Itaq; priusquā cum hoste manum confereret, pronuntiat, tempus venisse eius libertatis, quam diu sperassent, potiundæ. Postero die signis collatis dimicaturū puro ac patenti campo, vbi sine villo insidiarū metu vera virtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset, eum se exemplo liberum iussurum esse, qui loco celsisset, in eum seruili supplicio animaduersurum. Suam cuiq; fortunam in manu esse libertatis auctorem eis non se forte solum, sed COS. M. Marcellum esse, vniuersos patres, qui consulti ab se de libertate eorum sibi permisissent. Literas inde COS. ac S. C. recitauit. Ad quæ clamor cum ingenti assensu est sublatu, pugnam posebant signumq; vt daret extemplo, ferociter instabant. Gracchus prælo in posterum diem pronuntiato, concionem dimisit. Milites lati, præcipue quibus merces nauata in vñ diem opera libertas futura erat: armis expediendis, quod reliquū diei fuit, consumpserunt. Postero die vbi signa ceperunt canere, primi oim parati instructiq; ad pratorium cōueniunt, sole orto Gracchus in aciem copias eduxit. Nec hostes moram dimicandi fecerunt. Decem & septem millia peditum erant, maxima ex parte Brutij ac Lucani: equites MCC. inter quos pauci admodum Italici, ceteri Numidæ fere omnes, Maurig. Pugnatum est & acriter, & diu, quatuor horis neutro inclinata est pugna. nec alia magis Romanū impediēbat res, quā capita hostium præcia libertati facta, nam vt quisq; hostem impigrè occiderat, primum capita agre inter turbā tumultumq; abscindendo, tempus terebat. deinde occupata dextra tenendo caput fortissimus quisq; pugnator esse desierat: segnis ac timidistr adita pugna erat. Quod vbi Tribuni mil. Graccho nunciauerunt, neminem stantem iam vulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris militū pro gladiis humana capita esse: signum dari prope iussit, prouicerent capita, inuaderentq; hostem, claram satis & insignem esse: nec dubiam libertatem futurā strenuis viris. Tū redintegrata pugna est, & eques in hostē emissus. Volones igitur, imo ferui imperium seruauit.

Pro libertate pugnauit.

§. 2. Delectum Romanū hunc in modum Polybius exponit. Cum vero Delectum habituri sunt, Consules publicè diem prodicunt, quā die Romanos omnes adesse oporteat, quibus ætas sit militaris. Faciunt hoc penè quotannis. Cum igitur dies adesset, & militaris omnis iuuentus in vrbe, & mox in Capitolio congregata, tum diuidunt se Iuniores Tribuni eo ordine quo à populo ab sine Imperatorib; sunt facti, in quatuor partes. Quia nimirum quatuor apud eos legiones totam & præcipuam copiarum diuisionem faciunt. Et primos quidem designatas quatuor Prima legioni dicte attribunt, tres proximos secundæ, quatuor alios Tertiæ, denique tres vltimos Quartæ. Seniorum vero Tribunorum duos quidem primos Prima: tres alios Secunda: duos sequentes Tertia: denique tres vltimos Quartæ. Facta autem diuisione Tribunorum eiusmodi, vt omnes legiones tam pari numero habeant duces, tum sedes seiuncti, & seorsim Tribuni cuiusq; legionis artribus fortuantur singulatim, & euocant vt in quāq; fors cecidit. Ex ea eligunt quatuor iuuenes ætate & promptitudine propemodum aqua-

Dies delectus.

Tribus fortissim vocat.

Legiones
paucis.

aequales. Quibus productis, primi electionem faciunt Prima legio-
nis Tribuni; secundi Secunda; tertijs Tertia; vltimi Quarta.
Itumq; quatuor productis, primi electionem secundae legio-
nis Tribuni; & sic deinceps; vltimi vero Prima. Post hac denuo
quatuor productis, primi capiunt Tertiae legionis Tribuni; vlti-
mi vero Secunda. Atq; ita semper electione alternat & in orbem
eunt, sit vt pares admodum capiuntur in quinq; legionem.

In Capitolio id agunt, quia opus erat sanctitate
loci esse tutos. Tribus fortuitur, ne villa praeterita,
aut onerata videretur. In tribu interdum ipsi milites
sorte lecti, quod Sacramentum detrectarent. Cum
dux graciosus, aut lucrosa militia, vltro nomina da-
bant. Sic Liu. l. 10. & 42. Quales vero erant milites,
quos in vincula duci iubebant? l. 3. Lilius. Cum col-
lum torqueret. l. 4. dum acerbitas delectus in damno, & lacer-
ratione corporum inuisa esset? hoc est, quod aiunt inuitis
canibus venari. Imo aliquando vendiderunt; Lilius
l. 8. Valerius & Fabius consules id egerunt. Tali mili-
te nemo nunc hostem aggrediretur: aut primo im-
petu caderetur.

Servii vero illi non mali milites, sed inter primos
strenui erant. Quid si Spartacus, aut Eunus, contra
barbaros duxissent conseruos; an non pro re Roma-
na plurimum valuissent? Si enim auxilia & opes ha-
buissent, plus qua Romani omnes effecissent. Nunc
vt cetera adessent oia, sumptus sane deerat. De Philo-
poemene dixit Flaminius: manus habet & crura, sed vire
non habet; magno n. & strenuo viro superius bello deerat.

At improbi feliguntur: Fateor, etiam ad metalla fo-
dienda, & fruendosq; muros improborum opera vti-
mur, suntq; eorum peccata Reipublicae lucrosa. Nec
tamen nulla est improborum vilitas cum bella ge-
runt. Primum enim vrbes facie inutili, noxiaq; pur-
gantur, & remanet id quod est sincerius. Deinde im-
probos, inquietosque, & scelerum compertos in acie
occumbere consultius est, quam bonos & quietos;
frugiq; ciues; minore itaq; malo Reipublicae cadunt
mali, remanent meliores, qui vrbes tueri, & seruare
possunt. Neque verum est ad disciplinam erudiri eos
non posse: quemadmodum enim homines insigniter
improbi sunt nonnunquam optimi artifices, nau-
tae, negociatores, ita & bellatores. Ordines seruare,
pericula discutere, aduersa ferre possunt. Metus du-
cis, & assuetudo audaces efficit, interdum etiam bel-
lo pietatem adducunt, cum bonos morum doctores
fortiti inter incerta pericula salutis admonentur.

§. 3. Quod si optio detur, voluntarios sane malle,
& quibus res angusta domi. Qui enim inuiti ad no-
men respondent, qui in ergastulis latent, pollices si-
bimet praedunt, ne militare cogantur, domum sem-
per respectant, vbi malunt copiose & delicate viue-
re, quam inter belli labores periclitari, non placent.
Hinc crebrae veteranorum de missione querela, &
tumultus. At voluntarij in solo bello spem habent.
Potentissimi reges quibus ius cogendi erat, tamen
voluntarios habere maluerunt. Xerxes magnus ille
rex cum tot populos in bella cogeret, nec inuiti no-
mina darent, sollicitus erat; nam meminerunt fata-
lem Persis Graeciam fuisse; vulpinam igitur induit, &
dimisit passim qui diuisaret; principes Graeciae pro-
dituros esse patriam, oes ad spolia vocari, non pugna.

Delectum acerbitas quanta vero illa fuit, cum
Darius Oebazo teni vnus e tribus liberis vacatio-
nem roganti, tres relicturnum spopondit, & occisos in
conspectum patris abiecit? Herod. l. 4. Crudelior etiā
Xerxes in hospitem Lydum, qui e quinque vnū petijt
sene & suę solatium, cum diuisum tyrannus ad viam
posuit, vt inter partes transiens exercitus ferali lustrō
inferis sacraretur. Romae ad honores aditus clausi e-
rant eis, qui non militassent, adeo ad militiam allici-
endi fuerunt.

§. 4. Quin interdum parum aberant a periculo co-

quisitores, cum delectus inuitotum agerent. Liu. 21.
Duos populos, ait, delectus acerbitate consternatos
merum delectionis fecisse. Mittebantur enim per a-
gros Triumui, qui ad militiam cogeret. Liu. 23. l. In-
terdum Senatores, vt ab Attio, & Legati, vt a Catone.
Ciuis sane cū ad rebellionem Barbaus inuitat, inter
causas delectum addfert. Inflare delectum, quo liberi a pa-
rentibus, fratres a fratribus, velut supremum diuidantur.

§. 5. Hoc magnopere studendū, vt in singulos men-
ses supplementa mittantur; sic enim paulatim dum
pauci accipiuntur, maiore delectu veniunt: & immi-
tti veteranis militarem artem addiscunt. Ita Romani
militiam tolerarunt; quotidie enim etiam victor ex-
ercitus efficitur minor; Nihil enim copijs vllis magis
obest, quam tempus.

§. 6. Prima ratio delectus est ex gente. Rerum ordo de-
poscit, inquit Veget. l. 1. c. 2. vt ex quibus prouincijs vel regi-
onibus Tyrones legendi sint, prima parte tractetur. Cōstat qui-
dem in omnibus locis & ignauos & strenuos nasci. Sed tamen,
& gens gentem praedat in bello, & plaga caeli ad robur nō tan-
tum corporum, sed etiam animorum plurimum valet. Quo lo-
co ea, quae doctissimis hominibus comprobata sunt, non omittā.
Omnes nationes, quae vicinae sunt soli, nimio calore siccatae,
amplius quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicunt: ac
propterea constantiam ac fiduciam cominus non habere pu-
gnandi, quia metuunt vulnera, qui se exiguum sanguinem ha-
bere nouerunt. Contra, Septentrionales populi, remoti a Solis
ardoribus, inconstitiores quidem, sed tamen largo sanguine
redundantes, sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur de tem-
peratioribus legendi sunt plagis, quibus & copia sanguinis sup-
perat ad vulnere morisq; contemptum, & non possit deesse
prudencia, quae & modestiam seruat in castris, & non parum
prodest in dimicatione & consilijs.

Equidem non inficias iuero, regionis naturam ad
militem legendum idoneum; sed parui tamen esse
momenti docet ipsa historia. Quae enim terrae olim
barbarae, & inidoneae videbantur, nunc sunt feraces
viorum fortissimorum. Eos qui vicini sunt, ardoribus
solis timidos putat, quia parum sanguinis habent. Nescio
quam vere: Israelitae viri fortissimi erant, & a calore
solis fici. Carthaginenses prudentiam audaciamq;
in praelia attulere, & Africo tamen sole torrebantur,
certe a sole venientes & meridie, Romanos Italicā
hyeme vicerunt, etiam pugna stataria.

Nam quod de sanguinis copia philosophatur Ve-
getius, nescio an philosophis sit probaturus, qui forti-
tudinem audaciamq; non multo in sanguine collo-
cant, sed calore & spiritibus; nec vulnera metuunt
tam propter sanguinem, quem sistere facile est, quam
propter mutilationem, mortemque.

Neq; verum est Septentrionales prudentia & ca-
strorum disciplina destitui. olim ita fuit, cum barbari
essent. at nunc constantissimi in acie, in castris mode-
stissimi sunt; Itaq; in omni gente fortes eligendi, quos
deinde disciplina formet, & firmet. Nam quauis illi
qui terrā fecunda, & ad meridiem habitant, facile
emolliantur, multi tamen inter eos fortissimi fuerūt.
De Enacimis, Chorreis, Zonzomais diuina scriptura
testatur. Nec verum dicit de omnib. Lucanus, quauis
de plurib.

Quicquid ad Eos tractus mundi, teporem

Labitur, emollit gentes clementia caeli.

Illic & laxas vestes, & fluxa virorum

Velamenta vides.

Sed feritatem quidem exuunt, cultu autem & prudē-
tia cresunt. Romani quidem Syros contempserunt.
Scipio cū Antiochi varia arma esse, & nomina arma-
torum audisset, cum essem, inquit, in Chalchide, hospes meus
varias carnes proposuit, cumq; copiam mirarer; subiicit omnia
esse domestica sua, sed diuersam condituram, sic illorum arma-
tura diuersa est, sed ipsi omnes Syri sunt.

At sane bellum Iudaicum docuit, nullo modo
contemnendos esse, si informantur. Longe enim la-

Conguis-
tores.

Supple-
menta.

Genius loci
aliquid sed
non multū
ad ingeniu
facit.

An exan-
gues timidi?

Legiones
paucis.

Coacti pu-
gnare mili-
tes Romani.

Spartacus si
contra bar-
baros pu-
gnasset insti-
giu fuisse
imperator.

Improbis
homo sape
boni miles.

Xerxes esse
it, vt habe-
ret volun-
tarios.

Xerxes cru-
delis in de-
pau.

Civitas & agrestis miles legendus.

teq; dominati, & Græcos, Romanosq; fatigarunt.

§. 7. Quæritur à multis ex vrbe, an ex agro legendus miles. Veget. l. i. c. 3. ita definit. Sequitur vtrum de agris, an de vrbe. vtilior tiro sit, requiramus. De quâ parte nūquam credo potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam plebē, quæ sub dio & in labore nutritur, solis patiens, vmbra negligēs, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi; paruo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam mēbris: cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre consuetudo de rure est. Interdum tamen neceſſitas exigit, etiam vrbānos ad arma cōpelli: qui vbi nomen dedere militie, primum laborare, decurrere, portare pondus, & solem pulueremq; ferre condisant; paruo victu vtiuntur & rustico, interdum sub dio, interdum sub papilionibus cōmorentur. Tunc demum ad vsum erudiantur armorum: & si longior expeditio emergit, in agrariis plurimū deſerendi sunt, proculq; habendi à ciuitatis illecebris: vt eo modo, & corporibus eorum robur accedat, & animis. Nec inſiciandū est, poſt vrbe conditam, Romanos ex ciuitate proſectos ſemper ad bellū: ſed tunc nullis voluptatibus, nullis deliciis frangebantur. Sudorem curſu & campeſtri exercitio collectum nādo iuuentus abluēbat in Tyberi. Idem bellator, idem agricola, generatantum mutabat armorū. Quod vſq; adeo verum eſt, vt arantū Quinctio Conſinnato (viro optimo) dictaturam conſet oblatam. Ex agris ergo ſupplendum robur præcipue videtur exercitus. Nescio enim quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarū nouit in vita. Mihi miles agreſtris placet, quia laboribus aptior eſt. Sunt tamē in vrbānis multa, quibus illi præſtant rutiſcanā iuuentuti, nā ingenio ſunt exactiore, exercitatioresq; & ad omnia magis habiles, cum itaq; minima pars militie robore, & viribus peragatur, omnia vero ſummā egeant indiſtriā, prudentia, dextertate, ad eam vero facilius educantur Vrbāni, malim eos legi. Nunc vero id eo magis neceſſariū eſt, quia genus armorum, quod hoc tēpote in vſu eſt, dextertatem magis, quam vires exigit, non ſcuta, nō vallos gerūt, nō tot laboribus opprimuntur. Habuit Roma milites ex agricolis lectos, eosq; fortiffimos viros, & milites ſtrenuiſſimos, ait Plin. minimēq; male cogitantes. Sed & Cōſinnatus Dictator à ſtupa, & Regulū pauperis agelli cultor adducitur pro rutiſcanā iuuentute. Verū dum rem accuratius cōſidero, video fuiſſe inſignes, ſed nō ita multos imperatores, ideo eiſdem crebro repetiti ſunt conſulatus. At poſtea cum nobiles imperarunt, plures fuerunt. Imo etiā priſcis temporibus multi diuites rem ſtrenue geſſerunt. Sullanis & Cæſariānis tēporibus, totoq; eo, quod bellum ſecundum Punicum ſubſequitur: innumerabiles viros fortiffimos habuerunt: eoſque ex vrbānis, diuitibus & lautis.

In vrbānis maior eſt dextertitas.

Aetas militaris.

§. 8. Aetatem veterem probat Veget. pubertatem ſc. incipientem; quia celerius imbuitur, & perfectius diſcit, quæ à pueris imbibit, corpus exercitio aptius eſt; tempus habet vniuerſā diſcendi: Vix tamē minorem anno 17. legebant, niſi neceſſitas cogeret, nec maiore annis quadraginta ſex tirocinio imbuebant. Delectū itaq; ſummā cura inſtitui par eſt, nec enim vnquā eſt exercitus inſirmus, vbi bono delectu res acta eſt.

§. 9. Delectum duobus modis inſtituunt, vel enim omnem exercitum in vnum contrahunt, & vires vniuerſas oſtentant, vt hoſti terrorem incutiant, vel ſingulas legiones, & centuriones, vt incertum maneat, quāta ſit multitudo, quod multo magis probandum eſt, quia ignorata plus ſollicitos habent hoſtes, & vires demonſtrare hoſtem cautum faciunt, vt ſe ad ſtratagemata, vel aliena auxilia conuertat.

§. 10. Reſpubl. quæ ciues bellatores inſituere deſiderat, eos à puero ita formet. Modo ſeruet modū; nā ita horridus miles inſtruendus eſt, vt nō deſinat bono eſſe ciuis. Spartani ſuos ad famis, ſitis, laborū, dolorū, verberū patientiā educabāt, durabantq; Præcipue inſtāmabant cupiditate vincendi. Cicer. 5. Tuſc. Adoleſcentiū greges Lacedæmone, ipſi incredibili cōtentione certantes pugnis, calcib. vnguibus, morſu deniq; vt exanimarentur prius, q̃ ſe victos fatererūt. Seniores cōtentiones ſerebāt, dimicationes ſuggerebāt. Verū

Spartanorū error in Republicā.

hoc mō odia, ciuileſq; contentiones incendebāt, nec magnum tñ, nec diuturnū imperium obtinuerunt. Et nimum de nobilitate gloriabātur. Superbe itaq; magis, quam vtiliter Agellāus, cū ſocij quereſſentur fuorū multos, Laconū paucos bellare, conſidere iuſſit, & per nomina opificiorū euocauit plures, vbi apparuit ſocios pleroſq; opifices eſſe, Laconū nullos; q̃ tam magni æſtimatum eſt; verum noſtra tempora docuerunt, e fabris fieri optimos omnino milites.

CAPVT XXI.

Delecti militis virtutes.

§. 1. **M**ilitum virtutes vel in corpore vel animo cernuntur. Prima militis virtus eſt in Deum pietas, fides & ſpes: hic n. miles veræ fortitudinis fundamentū habet. improbi, & malē cōſcij pauidā conſcientia mortē contemnere non poſſunt; eſt n. ſemper timida nequitia. Itaq; militē nolim qualem deſcribit Lucanus.

Populi quos deſpicit arctos

Felices errore ſuo quos ille timorum

Maximus haud vrget lethi metus: inderuendi

In ferrum mens prona viri, animaq; capaces

Mortis & ignauum eſt redire & parcere vitæ.

Nunquā ſuperſtitio firmū fundamentū habuit, ideoq; impetus illis maior q̃ virorum, conſtantia minor quā ſceminarū fuit. Quāuis autē ſuperſtitio, ira, furor & ſimilia in illis poſſint, quæ poteſt & veritas, cōſtantia in his tñ eſſe nō poteſt. Quocirca recte Tertullian⁹ fortitudinem Chriſtianorū ex eo pbat, quod tam parati ſint mori. Fieri n. nequit, vt proptē in mortis periculū ſeſe conijciat, qui malē ſe moriturū arbitrat. Quare ille Gallorū error de rediturā vitā, nequāq; eos ita cōſtantes effecit, vt contra Romana arma durarent. Nō ignoro militum pleroſq; impios eſſe, ſed pugnant, aut ne vitam amittāt, aut cupiditate alia, quæ facile elanguēſcit accedente maiore metu. Improbos tamen legere non veto, cum magna ſit raritas bonorum.

§. 2. Prudentiam in milite mediocrem deſidero, in duce ſummam. Vnius interdū militis conſilio pugna reſtituitur, vel ciuitas cōſeruatur. Mali milites Egretienſes, qui vt gladioli cor non habebant, quare faciles vinci Themistoſtes cognouit. Multa ex tempore militari prudentiā faciendā occurrunt, quæ imperium ducis dum longius abeſt, vel cuncta turbantur, præſens habere non poſſunt. Deinde niſi prudentia mediocriſ ſit, ad pmoſiones militares ſpē nō habent.

Prudentia militis.

§. 3. Delicijs ſini alieni de cubiculo ad aciem, de vmbra egrediens ad ſolē corpus aſſuetū tunica lorica onus nō ſuſtinet, caput opertum linteo, galeam reuſat, mollem ocio manum, durus exaſperat capulus, fortior autem miles ex confragoſo venit. ita Hier. ad Theodor. monachum. Vegetius iubet durari ad tolerantiam mēbra, cōmorari ſub papilionibus, aut Joue frigido. Ciborum deliciae aberant, laridum, calcus, poſca dabatur. Hunc in finem militi acetū diſtribui ſolitu fuit, vt eo aquæ ſaporem cruditateq; corrigerent. Solem etiam, & aeris iniurias militem ferre voluerunt. Adrianus tabernacula ex frondibus facta dituit, quod militem vellet eſſe ſolis & imbrium tolerantem. Fulg. l. 2. c. 2.

Durus miles.

§. 4. Oportet & animoſos eſſe, maximeq; de victoria cōfidentes, q̃ præcipue faciunt, cū duces ſuos peritos, facileſq; arbitrantur. Nihil æque militē animat, atq; bona de duce exiſtimatio, ſi putent ſingulari aliquo ſtratagemate, aut prudentiā ſuos ſeruaturū, hoſtes vero debellaturū. Fabius cū animoſi fuorū cōtra Tuſcos erigeret, multa; adferret argumēta victorię, vnū addebat ſuperſeſſe, q̃ nōdū eſſet publice pponendū, ne inſoteſceret. Milites itaq; cū aliqui fori ſunt animo fiducia ducis oīa pericula liberrime obeunt; nā ſi galeati ſint lepores, ſi ultra ducis oratio trepidus conſolabitur. Pauidos n. mentio periculi percellit. Oēs animantes pauidæ ad pugnā ſunt inutiles. fruſtra ceruū hortabere, vt pugnet in canes, qui nec videre canē, nec latratum audire ſuſtinet. Sed ad mentionem canis inhorreſcit.

Animoſi.

§. 5. Au-